



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1721. usque ad annum 1724

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1783

VD18 90119304

§. 83. Ludovicus XV. Franciæ Rex Rhemis Sacro oleo inunctus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67596)

§. LXXXIII.

Ludovicus XV. Franciæ Rex Rhemis
 Sacro oleo inunctus.

Sæc. XVIII.
 A. C. 1722.

Priusquam Ludovicus XV. Franciæ Rex aliena tutela emancipatus declararetur, Philippus Aurelianensis Dux, qui hucusque Regnum administrabat, cuncta ad tranquillum regimen necessaria disponere parabat, ac præmissis Noaillo Duci per Monchenium die decima quarta Junii significari iussit, ut Aula ad suas ditiones excederet, nullius quidem criminis illum habereum, in ejus tamen utilitatem hoc exilium a Rege fuisse decretum: Suspicabantur nihilominus non pauci, quod Cardinalis Du Bois huic Duci minus propensus hanc fabulam cudisset, eoquod Regem in eum nimis propensam fovere benevolentiam probe nosset, aliunde vero Dux Cardinalem Noailium Patrum suum in Confessionum approbatione Patri Legniero deneganda firmasset. Haud magis benigna fors Villaregium Marchionem Veteranum Regis adolescentis Moderatorem ac supremum Aulæ Præfectum expectabat; Aurelianensis enim Dux die decima septima ejusdem Mensis illum urgebat, ut Adjutorem sibi adjungi consentiret, eo-

Hist. Univ.
 t. 8. Pe-
 r od. II. c. 2.
 pag. 620.
Dorfan.
Journal t. 2.
 pag. 126.

Dd 3

quod

Sæc. XVIII. quod ob grave senium Regem Veru-
A. C. 1722 lias, Rhemosque comitari haud possent.
 Ast Marchio intrepide Aurelianensibus
 spondit; *sua Majestas me officio meo
 liare interdixit, id tamen in ejus arbitrio
 haud repositum est; eadem enim auctoritas
 quæ Majestatem vestram Regni Regentibus
 me quoque Regis Moderatorem constituit.*
 Comitabatur equidem Regem Veru-
 lias euntem, ibidem tamen die decimo
 Augusti Philippus Aurelianensis
 per Marchionem de La Fare eidem
 nuntiari jussit, ut illico Parisiis adge-
 nitiam suam ditionem exularet, et
 etiam militum satellitio cinctus eo
 ducebatur, ipso Rege Viri tam bene
 meriti vices tam dolenter complorantes
 ut integro die in acerbas effusus
 relas nec cibum nec somnum capere
 vellet, & placari haud posset, donec
 ei Dux Bethunius intimus Villarsii
 amicus in Moderatorem subrogatus
 effet. Adversa horum fortuna omnia
 illis, qui Philippo Duci arctiore amicitie
 vinculo copulati erant, ad alteram
 viam straverat. Hos inter Cardinalis
 du Bois primas tulit; cum enim
 ma semper fide Aurelianensi additus
 sibi ab eodem demandata negotia
 terrime executus fuisset, vicissim Phi-
 lippus Dux eum non modo intimum
 dixit Consiliarium, sed etiam inter
 decem

decreto sanxit, ut deinceps Cardinales Sæc. XVIII.
 in Regis Senatu proximum post Regiæ A. C. 1722.
 stirpis Principes locum occuparent:

Reclamabant quidem Duces & Fran-
 ciæ Pares necnon Augusseau Regni
 Cancellarius, Villarius Marchio & Noail-
 lius Dux, qui in Senatu comparere,
 constanter renuerant, ac propterea a
 Regente suis sedibus ac salariis privati
 sunt, imo Cancellarius, qui pertinacius
 obstiterat, suo officio amotus est, sub-
 rogato Armenonvilleo. Nec hic stetit
 præceps hujus Cardinalis fortuna; in-
 super enim in supremum Regis Mini-
 strum electus, ac pinquissima Abbatia
 Winoxbergensi auctus, Richelio & Ma-
 zarinio meritis non modo æqualis sed
 & superior deprædicabatur. Interim
 agebatur de Rege Sacramento Chris-
 matis confirmando, quo munere Noail-
 lius Cardinalis utpote Archiepiscopus
 Diæcesanus, fungeretur: Ast Cardina-
 lis Rohanius tanquam supremus Regis
 Eleemosynarius idem jus sibi arroga-
 bat; Noaillius tamen scriptum edidit,
 quo Eleemosynario Episcopales functio-
 nes in Aula peragendi nec jus nec pri-
 vilegium suffragari demonstrabat. E-
 contrario autem Rohanius hujus con-
 troversię decisionem Regi relinquit,
 cujus iudicio, cum tres Regii Princi-
 pes, Burgundus, Andegavensis & Bi-
 turi-

Sæc. XVIII. turicensis olim ab ipso ut Eleemosy-
 A. C. 1722. rio hoc Sacramentum recepissent, Ro-
 hanius etiam Ludovicum Regem die
 nona Augusti in Abbatia S. Cyri sacro
 chrismate præmunire iussus est. So-
 lemnior longe festivitas indicebatur
 vigesimam quintam Octobris diem, qua
 Ludovicus XV. Franciæ Rex pro more
 Rhemis sacro oleo inungeretur, Hæc
 ergo die decima sexta ejusdem Mensis
 Versaliis profectus, comitantibus eum
 Aurelianensi, Carnutensi, Borbonico
 Contio; & Carophiensi Ducibus, aliis
 que primæ Nobilitatis Proceribus die
 vigesima secunda Octobris Urbem
 ingressus est. Præstituta autem solemni-
 atis die Andegavensis Episcopus luctu-
 lentam habuit orationem, qua finita,
 decantato solemniter sacro Rex in Ecclesia
 Metropolitana B. V. Sacro oleo, quod
 a Laudanensi Episcopo in lagenula
 latum inaudita pompa in patena
 rea Calici S. Remigii imposita effusum
 erat, in vertice ab Archiepiscopo Rhe-
 mensi injungebatur his verbis: *Un-
 ge Te in Regem de Oleo sanctificato in no-
 mine Patris &c.* postea Regium de-
 dema, quod Aurelianensis deserebat
 eidem imponebatur, ceteraque Regis
 insignia solemniter tradita. Tenuit
 hæc festivitas quinque horas, & quan-
 vis Rex Sacram Synaxin sumpto etiam

cibo recipiendi gratiam a Papa rece- Sæc. XVIII.
 pisset, jejunus tamen Divino Epulo A. C. 1722.
 pasci voluit. Huic solemnitati nulla
 femina Nobilis præter Carolinam Eli-
 sabetham Philippi I. Aurelianensis Du-
 cis Conjugem Viduam, Aurelianensem
 Viduam & Lotharingæ Ducissam in-
 teresse permittebatur: ipsa etiam Ma-
 ria Anna Philippi V. Hispaniæ Filia,
 Regisque conjux, quamvis die decima
 quarta Augusti anno priori desponsata,
 hocque anno die nona Januarii in
 Franciam deducta esset, quia tamen
 Rex (*) nonnisi duodecimum ætatis
 annum, septem Menses & aliquot dies
 attigisset, ab ejus consortio adhucdum
 segregata erat: Rex autem ipsa die suæ
 inaugurationis adamante octoginta mil-
 lionum exornatus est.

§. LXXXIV.

*Lis inter Herbipolensem Episcopum,
 & Fuldensem Abbatem rursus
 mota.*

Hoc item anno controversia, quæ per Hüb. suppl.
 ducentos ferme annos inter Her- num. 44.
 bipolenses Episcopos & Fuldæ Abbates
 Dd 5 agita-

(*) Juxta Regni Gallici leges Rex sui ju-
 ris esse non censetur, nisi post expletum de-
 cimum tertium ætatis annum cum uno die.